5 Fatus sola autoritate horum Doctorum hanc sententiam probabilem reparari. Nam si licet profere, quod sententia excommunicatio sane aquæde de hæresi, et de alijs crimibus est, sic impeditum absoluī à quolibet Confessario: quia potest stendi hoc priuilegio fundatur in necessitate penitentis: quo delictum grauius, grauior etiam necessitate penitentis haberet. Ergo non ob gratitatem hæresi limitandum est. Addit. quia, vi ipsemet Sanchez num. 14. affirmat, & statim dicemus, nullus tenetur in periculo mortis constitutus medie procuratore, aut litteris missis absolutionis beneficium impetrare, quia nemo tenetur medium afferre, quo eius delictum manifestari possit. Ergo neque etiam tenetur adstrictus illo perpetuo impedimento, quod mortis pericula aquiparet, afferre procuratorem, vel litteris facultatem procurare. Alias si proper gratitatem hæresi, & illius specialiter reservationem debet penitentis impeditus configere ad Inquisitores, vel ad Pontificem per procuratorem, etiam in articulo mortis constitutus debet eam diligenter adhibere. Neque videtur esse specialios ratio in uno casu, quam in alio.

Sed quid si dubius, ob possis vivere, quoique superiori te praesentare possis, poteris ne in articulo mortis dubio absolutionem ab alio obtinere?

Respondeo te posse, quia superior non est confensus vel te periculo damnacionis exponere reseruando casus: at huic periculo te exponeres, si in illo articulo mortis dubio absolutionem negaret. Ergo, Addit. priuilegium absoluendum a reseruante pro articulo mortis late debet interpretari, ut ipso in iure interpretetur, et in fauore animatum concessum. Ego ad articulum dubium debet extendi. Sanchez lib. 2. cap. 13. num. 8. Molini. de inst. tom. 4. tract. 3. disp. 6. 3. Reginald. lib. 9. num. 10. Bonacina disp. 1. de censur. quæst. 3. p. 3. num. 6.

6 Hinc ergo solutio communis dubitatio, quam in praesenti Doctores mouent, an si constitutus in mortis periculo possis vocare superiori, vel medio procuratore, aut Confessario, aut litteris missis impetrare ab eo absolutionem excommunicationis, vel facultatem absoluendam teneatis id facere? Affirmat Zambrano de casib[us] mortis, c. 4. dub. 4. n. 15. & dub. 6. num. 4. Bonacina disp. 1. de censur. quæst. 3. part. 3. n. 1.

Ratio est potest, quia nulla non reputatur necessitas, quæ latili negotio vitari potest, vitare facile potes absentiam Confessoris proprii, si voces superiori, vel medio alio Confessori facultatem ab eo petas. Ergo teneris. Addit. dici non posse, te carere copia Confessoris, siquidem in tua voluntate absque multo grauamine situm est illum habere.

7 Verum tenendum est contrarium, esse articulum necessitatis, quoties non potes superiori adire, etiam si illum revere posse, colligitur fatus ex cap. quædam, de sententia excommunicatio. vbi ad obtinendam absolutionem tollum expulsa-

Tract. IV. Disp. IV. Pun. et. III. §. V. 307

mir; ut quolibet impedimento canonico retrahatur; quomodo non Romani Pontificem possit adire: & tradit Corduba summa quæst. 18. p. 1. Valentin. 4. tom. disp. 8. q. 10. part. 2. Azor. 1. lib. 8. in lit. moral. cap. 19. q. 5. Henriquez lib. 6. de penit. cap. 9. num. vlt. in comment. lit. O. & cap. 11. num. 4. Sanchez lib. 2. in Dic. log. cap. 13. num. 14. Ratio est, quia si supernotum adire non potes pro abolutione obtinenda, reputatus tibi absoluimus illius impossibilis; quia omnia media, quibus illam omnino potes, reputatus, ac si esset impossibilis. Ergo adiit tunc articulus necessitatis. Antecedens probo d'leutendo per illa media. Primum de procuratore eft medium, quod in tempore iure reputatus fuit difficultissimum; ut potes quod in diuina manifestare aletum à Confessore tuam confiteariam, eaque de causa iusta nunquam obligari delinquentem se supponer praesentare pro procuratore, sed per se ipsum. Ergo taliter medium reputatus, ac si non esset possibile, quia illo ratione obligaris. Sie Vgoin. de censuris Pontificis referuntur, 3 part. 2. 5. num. 1. de censuris, tab. 1. cap. 4. 5. num. 15. fin. Nauar. cap. 27. num. 9. Sanchez alios referens, num. 14. Suarez de fide, disp. 21. sect. 4. num. 25. Secundum medium est circumscriptio media illa re superiorum praesentes, sed neque hoc medium tenere apponere, quia est medium de se manifestatum delicti alii, ob quam causam excusat peccata scribere, etiam si alia via in articulo mortis non valeas confiteri, ut communis tener sententia. Sic Sanchez num. 14. Tertium esse potest, si Confessarius nomine tuo obtineat à superiori facultatem. Sed neque hoc medium obligari alicuntem; quia est medium alienum à referentia, & ipsam referentiam tollens. Ergo ex vi referentia non potes obligari illud apponere. Addicte non posse obligari ad quendam primitium proprium. Quia ratione dicit Sanchez illu num. 14. te non esse obligatum in illo articulo accepte Bullam, sed potius ordi natio nis beneficio vti. Ergo à fortiori obligari non potes querere primitium alteri, vel te posse absoluere. Tandem est posse medium vocare superiorum, cum venienti, & praesenti posse delictum manifestare, & absolucionem ab eo obtinere. Sed neque hoc medium est tibi incepto; alia effet tibi impossibilem precepit de gravando superiore. Deinde raro tali' medium exequi potest nota, calu quo superior annuat petitionem tua: nam sapere non annuet. Ergo non potes obligari alio, quod regulariter impossibile est: & ita tradit Sanchez cap. 15. num. 14. cum Henriquez lib. 6. de paenit. cap. 9. num. 4.

8. Circa secundum punctum de personis, quæ possint pro tali articulo, & periculo mortis absolucionem praestare: est dubium an simplex Sacerdos possit praeftere propria Sacerdotio, vel superiori, cui calus sunt referuntur? Affirmant plures ut de absolutione peccatorum, quam censuraram. Primo, quia iure diuino est omnibus Sacerdotibus pro illo articulo communis facultas. Secundo, quia in lauore illius articuli, & lemnis mortuorum referentia omnino celsat pro illo articulo; non quia in referentia temporis talis articulus excipitur. Tum quia na tradit Trident. sect. 14. cap. 7. de penit. fine ibi. In Ecclesia Des custodatum semper fuit, ut nulla sit referentia in articulo mortis. Sed cellante referentia nulla adest causa auctoritatis superiorum. Ergo potest a quolibet alio Sacerdote, quæ auctiori absolutionem impetrare. Tertio, quia Trident. dicto loco assert, omnes Sacerdotes quolibet penitentem à quibus peccatis, & censuris absolvere possunt: neque censuram limitavit ad calum, in quo absellet proprius Sacerdos. Ergo non debemus nos illud limitare, cum sit primitivum animarum fauorum: sic tenet Nauar. lib. 5. consil. tit. de pecc. & remissionib. consil. 2. num. 2. & 3. in 2. editione. Emanuel San vero absolu. num. 6. Henriquez lib. 6. de penit. cap. 1. num. 4. & 6. Man. 1. tom. fun. cap. 59. conclus. 3. num. 1. Et in ad. lib. ad Bullam. §. 9. num. 44. Augustinus Barola. 1. part. de patefacto Episcopi, allegat. 25. num. 51. & in transiit. Concilij. [sic] 14. cap. 7. circa finem Sayro decisi. 1. de pecc. Reginald. lib. 1. num. 60. & alijs. Addantque hi Doctores Sacerdotem hanc patefactem habere, esti excommunicatus, suspenditus, interdictus, immo degradatus sicut quis vere sunt Sacerdotes, & necessitas penitentis eos a peccato administrations excusat, sic Nauar. cap. 27. num. 27.1. vors. septimo Salzedo prakt. cap. 33. vers. excusat. Cenedo plures referens ad Diversal. collect. 2. 5. num. 9. Barbola in remissionib. Cœcili. vero nulla sit referentia, & 2. part. de patefacto Episcopi, allegat. 25. num. 50.

9. Verum est hec sententia probabilis sit, probabilior, & scimus nulli videat ea, quæ affirmit praetente superiori, cui calus sunt referuntur, & volente absoluere penitentem, non posse penitentem ab inferiori absolutionem impetrare: sic pluribus relatis Zambr. de casibus artic. mortis. c. 4. d. 4. n. 3. & legg. Sanchez. 1. 2. 1. 3. n. 7. Suarez de penit. disp. 26. sect. 4. n. 4. & de censur. 1. 2. sect. 1. n. 6. & de fide, disp. 21. sect. 4. n. 4. Bonacina de sacram. disp. 5. que. 7. punct. 1. num. 30. in fin. & de censur. disp. 1. 2. 3. punct. 3. n. 3. Coninch. de sacram. disp. 8. dub. 11. n. 9. & alijs quos refer. Barbola superaddit. allegat. 25. num. 51. Molius. com. 4. de insit. disp. 63. p. 2. affirmans sic declarasse Gre-

gorium X II I, & in declarationibus Concilij relatis à Barbola supra, extat declaratio in hac verba: Congregatio censuit Sacerdotem aliqui idoneum, si tamen ad audiendas confessiones approbatas non sit, iuxta cap. 4. 5. sect. 2. 3. non posse validè à peccatis mortalibus absoluere penitentem in articulo mortis constitutum, vbi patochus praesens iam prohibetur, patatusque sit iustini audire confessionem, illiusmque absoluere, neque vila subfir causa parochum ipsum recusandi. Ratio est, quia praesente proprio Sacerdote patato sacramentum ministrare, celsat necessitas impetrandi ab alio absolutionem. Ergo celsat privilegium, quod iohannes ob necessitatem absolutionis datum est, si feliciter penitentis occasione referentia sine absolutione periret. Addit in reseratis Pontifici, nullus absoluere potest, nisi sub onere se praefendant Pontifici, cum primum possit. Ergo supponit Pontifer non posse penitentem se antea praesentare: eaque de causa solet in iure hæc conditio apponi, cum conceatur alius facultas absolvendi à referentia, si ad superiore recursus non sit. sic Extravagans 1. §. determin. de sentent. excom. & Extrav. inter. cens. 8. incendiarios, de privilegiis, & habetur cap. presbyter. 26. q. 6. Ergo si datur superior præfens, celsat aliorum facultas.

10. Neque obstante contraria.

Ad primum nego iure diuino datum esse omnibus Sacerdotibus, hanc facultatem, sed à iure Ecclesiastico præmanente, etiam si illius in iure non sit notum, ut bene Tolci. sum. lib. 1. cap. 1. num. 2. Farin. de heresi. q. 192. n. 62. Suares multis relativis de paenit. disp. 26. sect. 4. Vtq. quaest. 3. art. 1. dub. 3.

Ad secundum nego referentiam celsare pro quoquaque articulo mortis, sed pro articulo mortis necesse.

Ad tertium similius respondet omnes Sacerdotes habere hanc facultatem absoluendi, si ab aliis Sacerdos proprie. Quare praefendus est tempore Sacerdos proprius omnibus aliis, deinde approbatas etiam in aliena diecesi simplici, & simplex excommunicato sive, vel interdicto, & hi heretico, vel degradato: sic Sanchez lib. 2. cap. 13. num. 10.

11. Quod vero aliqui affirmit ut debeat ad Episcopum configurare, si recursus non sit ad Pontificem, vetum non habet in omni causa, quia non omnes calus illi conceduntur, sed calus occuliti, heretici excepta ex Trident. sect. 2. 4. cap. 6. Item percutio clerici, ex cap. ea nos istur & c. de cetero de sentent. excommunicat. Ergo non licet ad alios facultatem extendere. Suares de penitent. disp. 30. sect. 3. num. 4. & de fide, disp. 21. sect. 4. num. 4. Molin. tom. 4. de insit. disp. 63. n. 3. H. niquæ lib. 6. de penitent. cap. 11. num. 5. Sanchez lib. 2. cap. 13. num. 9.

12. Sed quid dicendum, si incepta confessione cum simplici Sacerdote veniat proprius Sacerdos,

Respondeo te non teneri cum proprio Sacerdote confiteri, sed simplicem posse ribi absolutionem impendere, quia ille simplex Sacerdos vbi fuit iurisdictione delegata sibi pro illo articulo concessa: sed iurisdictione delegata non expirat, quando res non est integra morte concedentis, sed extendi potest, vñque dum perfriciatur, ex cap. gratiam, cap. relationum, de offic. delegat. Ergo etiam extendi debet in hoc calu, vbi confessio incepit est. Adde iurisdictionem concessam simplici Sacerdoti pro illo articulo non esse conditionatam, & ad tempus quoque, inquam, veniat proprius Sacerdos, sed est confessio absoluta. Non ergo limitanda est, & ita tenet Henriquez lib. 6. de penitent. c. 1. n. 8. Sanchez lib. 2. cap. 13. n. 5. Bonacina disp. 1. de censur. que. 3. punct. 3. n. 3. Adiutorio tamen, si peccatum habet censuram referuntur, debes prius facultatem à superiori, cui est referata censura, exposculare, vel ab eo absoluere de censura, quia ratione censura referuntur, non potes absolutionem ab alio, quia res referuntur, nisi sub onere te superiores praetendandi, cum primum possis. Ergo cum tunc te illi possis praetendare, sine dubio teneris. Quod si ipse noller absolutionem censurae, neque facultatem ab illa absoluendi concedere, nisi cum illo confitearis, nullo modo id facere teneris, quia ipse non habet potestatem limitandi iurisdictionem ab Ecclesia pro articulo mortis concessam: sic Sanchez lib. 2. cap. 13. num. 15. Bonacina disp. 1. de censur. que. 3. punct. 3. num. 3. fine.

13. Quid si duo Sacerdotes simul adiut approbati ad audiendas confessiones, & alius ex priuilegio habeat facultatem absoluendi à referentia, alter vero illa careat: existimat Suarez de paenit. disp. 30. sect. 3. num. 5. Henriquez lib. 6. c. 10. num. 1. in comm. lit. D. quoniam ex illis eligi posse, quia non teneri ut priuilegium alterius, & in illo articulo omnis referentia celsat. Ceterum probabilius censio necessario eligendum esse, qui habet priuilegium, quia medio priuilegio celsat referentia, & necessitas recurrit ad superiorem, vel habentem vires ipsius. Sic Nauar. cap. 27. num. 90. Sanchez cap. 13. num. 11. & lib. 2. de matrim. disp. 40. num. 8. Vasquez de penitent. que. 93. art. 2. dub. 4. num. 18. Bonacina disp. 1. de censur. que. 3. punct. 5. num. 7. Reginald. lib. 1. num. 61.

14. Tandem dubitate potes, an alij, qui Sacerdotes non sine, praetentem habeant in articulo mortis absoluendi à censuram?

Cc. 4. Respondet

308 De poenitentia spiritualibus hæreticorum.

Respondeo ex probabili sententia nos habere, quia finis, ob quem facultas absoluendi à censuris conceditur in articulo mortis, est, ut penitentis absolutionem à peccatis, reliqua que sacramenta recipiat. Quapropter solum illatum censuram, quae receptionem sacramentorum impedit, absolutione conceditur, ut bene dicit Zambrano de casibus art. mor. cap. 4. dub. 4. num. 17. Sanchez num. 12. Bonac. num. 8. sed absolutionem à peccatis concedere, Eucharistiam, & Extremam-vitam ministrare, non potest alius à Sacerdote. Ergo neque etiam potest alius à Sacerdote absolutionem censurarum concedere. Adde in Trident. sess. 14. cap. 7. de penitent. solum de Sacerdotibus fieri mentionem: & ita tenet Suarez de censur. disp. 7. sect. 7. num. 3. & 6. Sanchez lib. 2. c. 13. n. 13. Filiacus tr. 11. cap. 10. quest. 5. Bonacina disp. 1. de censur. quest. 3. part. 3. num. 1. & 2. Molina tom. 4. de inf. disp. 63. num. 3. & alij apud ipsos. Verum est hoc ita sit, credo clericum, qui Sacerdos non sit, deficiente Sacerdotem, & laicum deficiente clero non solum posse, sed etiam debere in illo articulo absoluere ligatum excommunicationis docet. Heniquez cum aliis de elec-
trico prima tonsure. lib. 6. de penit. cap. 9. num. 3. ad laicum extendit Sanchez lib. 2. cap. 13. num. 13. Ratio est, quia negati non potest esse probabile absolutionem sic expetiam valere: si enim defendunt graues Doctores, quos refert Suarez de censur. disp. 7. sect. 7. num. 4. & Sanchez num. 13. sed ut illo viu probabilis nihil nocere, sed potius prodesse potest; tum ad sepietendum defunctum in loco factu; tum ut illi sacrificia publica applicentur. Ergo adeo obligatio illius. sic Sanchez suprà, vbi adiutus, si absolutio excommunicationis à non sacerdote obtenta sit, expedite maxime, ut post mortem absolutetur ab eo, cui excommunicatione erat referenda. Ne forte contingat absolutionem à laico exhibitam inuidalium esse, & suffragia publica excommunicato applicata non prodeat.

15 Circa tertium punctum de conditionibus ferendis in absolutione ab hæreti, aliòe crimen reservato, triple conditio expofulari potest. Prima satisfactio, si qua est exhibenda parti læse. Secunda iuramentum de obediendo mandatis Ecclesiæ. Tertia obligatio comparandi coram referente. De prima conditione, quæ est satisfactio, omnes conuenient esse exhibendam si potest, antequam praefatur absolutio; at si fieri id non potest, debet penitent, si debitum est pecuniam, praefare cautionem pignoratitiam, quia pignus est loco solutionis; si pignus date non potest, praefare fiduciolum: si autem fiduciolum sit illi difficilis, vel quia non inuenit, vel quia eius delictum timer publicari, praefere cautionem iuratoriam. Hanc autem ad minus tenetur in delictis Bullæ Cœnæ, & similibus praefare. In aliis verò sufficiet, si satisfaciens promittat. Quod si debitum non sit pecuniarium; sed honoris, vel doctrinae, tunc non tenetur penitent cautionem pignoratitiam, vel fiduciolum exhibere, sed sufficiet iurare te restituturum: cum primùm possit honorem lausum, vel decrum ad sanam doctrinam reducere. sic Suarez de censur. disp. 1. sect. 3. num. 1. & seqq. Sanchez lib. 2. in Decalog. c. 13. num. 23. Bonacina disp. 1. de censur. q. 3 part. 3. num. 1. Au. vero abolutio data, quin parti satisfaciens falete æquivalenter, sit valid: Constat ex his, quæ in materia de excommunicatione dicimus: ibi resoluimus, si detur ab eo, qui potestatem ordinacionis haber, validam esse; scimus si ab eo, qui potestatem habet delegatum.

16 Secundo conditio est iuramentum de obediendo mandatis Ecclesiæ, id est de obediendo mandatis illius, qui absolvit, cum enim nomine Ecclesiæ absolutionem praefat, iurare eius mandatis obedire, est iurare obediere mandatis Ecclesiæ, ut notar gloss. cap. ex tenore de sentent. excommunic. verbo debat. & cap. si qui, verbo confus. 7. q. 1. & tradit aliis relationes Sanchez num. 20. & 21. Ab eo autem vi huic iuramentum nihil aliud imperare potest, nisi abstinentiam à simili criminis, ob quod in excommunicatione incidit. Quocum iuramentum est de non committendo iterum tale crimen, si ab absolucione sic tibi fuerit imperatum: sic habent cap. de cetero de sentent. excommunic. & similia; constat ex cap. de cetero. cap. ex tenore de sentent. excommunic. vbi hoc iuramentum expofulatur: & tradit Suarez suprà, Sanchez num. 17. cum Caetan. Anton. Sylveti & aliis, quamus Media. lib. 2. sum. cap. 12. in sola percussione manu festa Catinalium, Episcoporum, & similium, docet hoc iuramentum exigendum esse, sed est di-
quum absque fundamento.

17 Tertiæ conditio est obligatio comparandi coram referente. Quoiescumque enim Sacerdos ratione virginitis necessitatis absolvit penitentem à censura reservata, debet monere absoluendum de obligatione comparandi coram superiori, cum primùm possit, iuxta cap. eos qui, de sentent. excommunic. in 6. Et hec in suprad. cap. non dañorent teneri absoluendum exigere ab absoluendo sub iuramento promissionem

comparandi, & Aula de censuris, 2. p. cap. 7. disp. 3. dub. 4. solum in percussione graui clerici exigendum affirmat. At communis sententia docet in omnibus censuris referentis exigendum est, argum. cap. quatuor, cap. ea infra, de sent. excommunic. sic Sayrus lib. 3. cap. 25. Suarez de censur. disp. 7. sect. 8. num. 2. Vazquez de excommunic. dub. 18. num. 6. Natur. cap. 27. num. 9. Man. Bulla Cruciate, §. 9. n. 5. Sanchez lib. 2. cap. 13. num. 26. Bonacina disp. 1. de censur. quest. 3. p. 3. num. 11. Dixi, si absolvit hoc iuramentum, nam si solum à peccatis referuntis absolvit, hoc onus iniungere non debet, quia nullib[us] cauteat imponendum, sic Suarez de penit. disp. 30. sect. 3. n. 6. Zambrano de casibus art. mort. cap. 4. dub. 4. num. 21. Cor. sum. quest. 18. p. 2. dido 2. Sanchez num. 2. 4. Exigendum autem est iuramentum ab absoluendo, si capax sit, quia contingere potest, ut absoluendum nequeat illud præstat, quia sensibus definitus est, item defectu atatus iudicari potest incapax illius obligacionis. Quia ratione ab impuberibus delinquentibus hoc iuramentum non exigitur, quia non videtur eo rationis ut possit, ut iuramentum pro dignitate prelent, sic Bonacina disp. 1. de censur. quest. 3. p. 3. num. 11. Sanchez num. 26. & colligitur ex his quæ dicitur num. 19. cum Sayro thesaur. ca-
sum. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 3.

18 Materia huius iuramenti, & illius obligatio est compare, coram superiori, cum primūm commode possit, quod non physicè, sed moraliter pensandum est, attenta qualitate perfom, temporis, & loci; ut bene ex aliis tradit Sanchez num. 25. Ad hanc autem obligacionem necessario iupponendum est, ut impeditum, quod habes tunc ad comparandum, perpetuum non sit: nam impedito perpetuo obligatio hæc imponi non potest, est enim obligare ad ini. offibile, sic Bonacina suprad. num. 11. Suarez de censur. disp. 22. sect. 1. num. 8. Sanchez num. 30. & constat ex c. quatuor, de sentent. excommunic. Ex qua doctrina inferunt bene Sanchez, & Bonacina suprà, si tibi laboranti impedimento perpetuo ex ignorantia, aut malitia, Confessarius exigeret iuramentum de comparendo, non obligaris postea comparendo, si miraculose, & præter omnem spem, & ordinatum cunctum impeditum fulbatum est, quia non conferis iuramento illo te obligare, nisi in quantum ius te obligare intendit: cum autem ius in supradicto casu non intendat te obligare, sequitur ex vi iuramenti te obligatum non esse. Finis huius iuramenti de comparendo non est ut iterum absolvit a superiori, siquidem plene es absolvitus, ut constat ex cap. non dubium de sentent. excommunic. Neque etiam est, ut satisfaciens parti læse, quia forte nulla possit, cui sit satisfactio exhibenda, ut contingit in hæreti occulta, & à te solo cognita; sed finis est, ut superior, cu[m] censura illa erat referenda, videat an sufficiens medicinam Confessarius delegatus applicue, & maiorem imponat, si id expeditus iudicauerit, sic Suarez de penitent. disp. 30. sect. 3. num. 6. & de censur. disp. 22. sect. 1. num. 6. Sanchez num. 77. Bonacina num. 13. & colligitur ex cap. quatuor, de sentent. excommunic. cap. de cetero, eodem tit. vbi gloss. verbo fuscetur pars. & Abbatis num. vlt. Ex qua doctrina inferunt minus bene Natur. cap. 26. num. 26. & Heniquez lib. 1. de excommunic. cap. 29. num. 3. affirmatis te liberum esse ab hoc iuramento praefando, si pati satisfactio, vel a comparendo coram superiori, si post praefitum iuramentum satisfactionem exhibuitis: quia finis huius iuramenti, & obligations, ut dictum est, non est satisfactio pati pars precise; alias non esset exigendum iuramentum in censuris referentis, vbi nulla satisfactionis pars intervenit, sed finis est, ut te subiectum ostendas superiori referenti pro maiori satisfactione, & penas, si tibi imponendum iudicauerit, sic Courtrutus cap. alma. 1. part. §. 11. num. 13. Sanchez num. 18. & 29. Suarez de penitent. disp. 30. sect. 2. Bonacina num. 12. & alij apud ipsos.

19 Sed quid si ex ignorantia, vel malitia Confessarius non peritus iuramentum comparandi, manes ne à censura absolvit, & cum obligatione comparandi?

Respondeo manere absolutum, sed cum obligatione comparandi. Priorem partem defendit optimè Henriquez lib. 6. de penitent. cap. 10. num. 11. Sanchez illo cap. 13. num. 35. Vazquez de excommunic. dub. 18. num. 4. Bonacina disp. 1. de censur. quest. 3. punt. 3. num. 14. Ratio est, quia nullib[us] in iure inveniuntur iurato ab soluto ob omisissam habe conditionem, neque id erat conuenient in casu tanto necessitatis. Secundam partem defendit Sanchez num. 30. fine, quia illa obligatio comparandi non ex voluntate Confessarius, sed ex iure ipso nascitur. Ergo obliuione, vel malitia Confessarius cessare non debet. Non caret tamen seruculo hac ratio; quia ius non videtur hanc obligationem impicare, nisi inquitur Confessarius medio iuramento exato imponit; alias superacutum esse iuramentum expofulare, si illo feciisse haberes obligacionem. Credo ergo non in vi iuramenti, sed in vi præcepti, & mandati te obligatio esse, quod fati colligitur ex c. eos qui, de sentent. excommunic. in 6. vbi nulla est facta mentio de postulatione huius iuramenti, sed absolvit dicitur eos, qui à sententi canonis, vel hominis ab alio, quam ab eo, qui de iure erant absoluendi, propter immunitatem mortis articulum, aut aliquid imponit.

impedimentum legitimum absolutuntur, si cessante postea pericolo, vel impedimento huiusmodi, se illi, a quo his censibus abholiti debebant, quam citè commode poterunt, contemplati praefereat mandatum ipsius, super illis, pro quibus excommunicati fuerunt, humiliter recepiunt, & satisfacti, propter iniuriam suadebat, *descernimus* (ne sic censura eludant Ecclesiasticis) in eandem sententiam incidere ipso iure.

20. Peccata imposta non comparentur, cum ad id obligatur, et eadem censura, quam antea habebat, ut constat ex *Supradicto cap. 20. qui*. Eadem, inquam, non nuto, qui eadem numero recte non poterat? effectus enim semel corruptus naturaliter renunciare non potest. Adeo illam censuram ex noua causa oriuntur, facient ex noua inobedientia, se superiori praefendant, cum commode potest. Ergo non potest eadem numero censura esse: et tamen ex iuriis dispositione eadem in specie, quia est aequaliter ac punita referata, sic Suarez *A. 22. de confus. f. 2. 1. m. 62.* Sanchez *num. 2. Nauar. cap. 27. num. 277.* Bonacina *num. 16.*

Dicss abolutionem censuram ad reincidentiam differre ab abholita censura abolutione, quod abholita abolutione tollit omnino vinculum, abholito vero ad reincidentiam non tollit vinculum abholiti, sed sub conditione aliqua praestanda. Ergo si conditione non praetextus, namcibus eodem vinculo ligatus; illis si vinculum primum sublatum est, non erit abholitus illis ad reincidentiam, sed abolutus.

Respondeo tripliciter te a censura abholiti posse. Primo abholito nullo tibi imposito onere satisfaciendi, aut superiori praefendant, vel si hoce onus impositum sit, non sit impositum sub aliqua censura simili praeterita, si hoc modo abholitus, non abholitus ad reincidentiam, quia ex omniis satisfactione, aut præferventione in excommunicatione non re incidat. Secundo abholitus potes a censura imposito onere te prætendandi superius, quod nouis imponitur sub aliqua censura simili praeterita, & hec abholitus vocatur ad reincidentiam, quia reincidere debet in excommunicatione similem, si te prætentare omissis, cum possis. Talis est abholitus data a Summo Pontifice, vel Legato, sub onere te prætentandi ordinario, vel alteri a quo penitentiam suscipias, vel iniurias satisfactionem exhibas competentem, si cum primum commode poteris, non curueris adimplere: constat ex *d. cap. 20. qui*. *s. sentent. excommunicatis 16.* & tradit Suarez de *censura. disp. 7. f. 8. m. 22.* Nauar. *cap. 27. n. 13.* Aulia *2. part. cap. 7. disp. 3. dub. 4. concl. 1.* Bonacina *disp. 1. de confus. q. 3. punct. 3. num. 17.* Nunquam autem in hac similem censuram incidi absque gravi peccato, & committita, quia noua censura esse non potest, sine noua censura, sic Henricus *lib. 13. cap. 28. num. 2.* Coninch. *dis. 1. de iur. dub. 16. num. 216.* Nauar. *cap. 27. num. 277.* Bonacina *f. 16.* Tertio abholitus potes a censura non perfecte, sed imperfecte, si abholitus, inquam, ad aliquem effectum, v.g. ad obvium beneficium aliquod, cuius incapax eras per censuram, qui modus abholitionis in Bullis Apostolicis frequentissimus est, ne ob censuram effectu priuenter litteras. Hoc censura abholitus mea quidem sententia, non est propriè abholitus censura, sed tamen aliquis effectus illius: nam si censura per talen accusationem tolleretur, redire nequam potes nisi noua nouo peccato, & contumacia. Perseverare ergo censura, & suspenditur eius efficacia quodam circulum. Quae suspicio ab alio, quam a Romano Pontifice nisi non potest. Nullus enim alias potest manente censura, censura effectus limitare, atque adeo nullus potest abholitionem a censura hoc modo concedere.

Rebus circa hanc tertiam conditionem duplex examinanda difficultas. Prima, an farisacis obligationi comparendi, si per procuratorem compareas? Secunda, an excusari ab hac obligacione, si ab habente priuilegium alias abholiendi, abholitionem recipias?

31. Circa primam difficultatem, alii affirmant, alii negant. Probabilis extitimo te satisfaciere, quia vere tu diceris comparendi, quando per procuratorem compareas; ea enim quia tuus procurator facit, ut facere censeris, ex text. in *cap. 10. f. 10.* *dis. 18. sic Sylvest. verb. excommunicatio. 8. f. 8. q. 7.* & ad Amuliu excommunicatione 59. addens sufficiere per litteras Henricus *lib. 13. de excommunicatio. cap. 29. num. 3.* & *lib. 6. de sentent. cap. 9.* Bonacina *disp. 1. de censura. q. 3. punct. 3. num. 5.* Sanchez *lib. 1. cap. 13. num. 33.* Ab hac autem generali doctrina excedenda est excommunicatione ob pereclusionem clericorum, propter quam nisi sub causa excusat, tenetis personaliter Romanum, & Pontificis praefacent, quando abholitus es a non habente alias facultatem: sic habetur in *cap. quod de bis. de sentent. excommunicatio. ibi.* Ceterum ab his in forma sacramentorum censueris, ut resupnit viribus: & oportunitate concessa animam Ecclesiam in propria persona debent visitare. Hoc tamen gravamen alius excommunicationibus imponendum non est, qui nullibi caueat, & rigores non sunt excludendi, sed limitandi, & temperandi. Sanchez, & Bonac. *supra.*

32. Secunda difficultatis solutio faciliter est. Respondeo si ab habente priuilegium alias abholiendi a rebus, ut per Bullam conceditur Sacerdoti approbato ad omnia statuta, excepta heresi, abholiuntur, non teneris com-

parere coram reseruantur; sive tunc primò abholiuntur, sive antea fueris abholitus ob urgentem necessitatem. Quia in tantum teneris comparere, in quantum abholueris a non habente alias facultatem. Ergo si abholitus sis ab habente alias facultatem; cetera omnis obligatio te superiori praefendant; quia Sacerdos priuilegiatus nomine superioris integrè succedit. Alias priuilegia te ferè nullus efficiturilitas: & ita tener Sanchez *lib. 2. cap. 13. n. 31.* & 32. Henricus *lib. 6. cap. 10. n. 5.* in comment. list. G. Suarez de *paut. disp. 30. f. 1. n. 6.* Bonacina *disp. 1. de censura. q. 3. part. 3. num. 15.* & 15. & alij.

S. VI.

Possitne aliquando abholiuntur haeticus a priuato Sacerdote, de peccatis non reseruantur, tacita haeresi.

1. *Explicatur quæstio. & statuitur doctrina certa.*
2. *Proponitur difficultas. & resolutio probabile esse urgente causa recipiendi sacramentum posse haeticum abholiuntur non reseruantur, quin se judicialiter Inquisitoribus presentem.*
3. *Satisfactio eidem obiectione.*
4. *Qua repateretur necessitas virgens sic dimidiandi confessionem.*

1. **S**i vera est sententia affirmans Inquisidores habere potestatem abholiendi ab haeresi in foto conscientiae, & creditur abholiuntur vel petita facultate per Sacerdotem concessos, nemini dubium esse potest teneri haeticum ipsos adire, semel & iterum. Neque posse priuato Sacerdoti confiteri, ab eoque abholiuntur impetrare, quia sub grati culpa non potest recipere, nec ministrare sacramentum excommunicatione iudicatos; nisi ob aliquod grave detrimentum excusat. Quocirca tenetur petere facultatem per se, vel per Confessorem idoneum, scilicet aliquem conforem, vel commissarium, aut alium virum doctum, quibus credendam sit Inquisitoris consiliarios facultatem. Quod si Inquisidores particulares denegent facultatem adest supremum, si sperat confessurum, qua non potest dimidiare confessionem, cum illi suppetit via integrè confundendi: facta autem hac diligencia, & negata facultate abholiuntur ab haeresi, quin prius judicialiter faciatne haereticus.

2. Dubium est, an, inquam, in hoc casu possit haeticus confiteri Sacerdoti priuato omnia peccata non reseruantur, ab illis abholitionem directe, recipere; & ab haeresi indirecte sperans successum temporis habitum copiam Confessoris, a quo possit directere abholiuntur a reseruata haeresi. Et idem dubium est retenta sententia probabilius negant Inquisitoribus facultatem abholiendi ab haeresi pro conscientia foto, qui tunc humiliodi haeticus non haberet viam se abholiendi ab haeresi directe, nisi se coram Inquisitore, & Secretario manifestet. Videlicet ergo dicendum posse haeticum in hoc casu dimidiare confessionem, si graui virgat necessitas hoc sacramentum recipienda. Ratio est, quia sufficiens causa dimidiandi materialiter confessionem, est, si aliquod graue damnum ex eius integritate tibi proueniat, ut est fere omnium sententia, cum D. Thom. in 4. d. 17. q. 3. a. 3. q. 4. ad 5. quare alius relatis probat Valentin. t. 4. d. 7. quæst. 11. punct. 1. verbi hec autem. Suarez de *paut. disp. 3. f. 7. n. 2. num. 1.* Valquez quæst. 9. art. 3. dub. 1. Sed graue damnum est te obligare ad manifestandum peccatum cotam Inquisitoribus, & Secretario, & scriptum relinqueret: vt colligatur ex supradictis Doctoribus, & ex ratione manifesta; semper enim reputatus fuit in Ecclesia graue damnum, & occasio sufficiens dimidiandi confessionem, si peccatum alteri, quam Sacerdoti est, vel timetur reuelandum: hac enim de causa exculpi dicere peccatum, quod manifestare non potes nisi, medio interpretare, vel quod times probabiliter Sacerdotem reuelatur. Item exculpi scribere peccata, qua alia via manifestare non potes. Ergo non potes obligari pro abholitione sacramentali recipienda ad manifestandum tuum peccatum iudicitaliter, siquidem alius a Confessorio obligatus esset peccatum manifestare. Ergo absque hac manifestatione poteris recipere sacramentum dimidiando confessionem, si necessitas virgat illud recipiendo, sicut potes recipere sacramentum dimidiando confessionem, si faciendo integrum pauperis es graue damnum.

3. Neque obsta Inquisidores iustissime, & prudentissime facere, nolentes tibi concedere facultatem, vt ab haeresi sacramentaliter abholiuntur, quin prius illam judicialiter manifestes, quia cum ipsi sint iudicis pro fato externo, & pro communione reipublica, & rurunt medio ad hunc finem apriori. At nemo dubitate potest esse aptius medium ad te haeticum curandum, praecaudendumque ne haeresi serpat, aliove inficias, judicialis manifestatio, quam sacramentalis; cum ex sacramentali confessione non possit publicè puniri, & tua punitione, alios in fide concinere, neque inde possint complices inquiri, quae omnia fieri possunt judiciali confessione. Quocirca Inquisidores non te obligant directe pro sacramentali abholitione

310 De poenitentia spiritualibus hæretorum.

vt crimen iudiciale prius manifestes; sed nolunt tibi concedere facultatem, vt absoluatis directè ab hæreti, nisi prius facias hanc manifestationem, quod graue reputare non debes, cum tibi suppetat medium cum Deo reconciliandi per sacramentum, dimidiando confessionem.

4 Restat ergo difficultas, quæ necessitas reputetur virgines, vt hanc dimidiando confessionem facere possis? Aliqui videbitur solum periculum remorum morienti in peccato, quale quicunque habet in omnibus sua vita momentis esse causam sufficientem. Neque obstat per contritionem hoc assecutari posse: quia contrito non ita facile habetur. Sed hoc nimis latum videtur, alias non renebetis semel & iterum infistere, vt tibi facultas concedatur ad integrè confitendum, quando spares illam obtenturum, sed commissio peccato itatim coram quolibet Sacerdote dimidiando confessionem posse; ne te exponas illi remotissimo periculo moriendi, quod nequamquam est dicendum. Quocirca illam solum reputatum causam virginem, vt dimidiando confessionem posse, cum alias virginis præcepto confessions, quia fatus factus illius præcepti videtur sufficientem occasionem præbere si dimidiandi. Item cum obligatis es ministrare, vel recipere sacramentum, & dubius exultis de contradictione; praeterea enim tunc securiorum viam eligere, vt dignus ad sacramentum accedas. Quæ omnia censoribus fidei submittit latius tradenda, in tractat. de penitent. vbi de casibus referuntur, & in tractat. de excommunicatis, quando nam possit recipi sacramentum ab eo, qui excommunicatione innodatus existit.

P V N C T V M IV.

Explicatur poena irregularitatis, & infamiae hæreticis imposita.

- 1 *Priuatum hæreticus sicut excommunicatus officii, & munib. sacru item Ecclesiastica sepultura, si notorius sit.*
- 2 *Non solum publicum hæreticum, sed occultum & irregularium.*
- 3 *Ab hac irregularitate ex delicto occulto proueniente probabilitus est Episcopum absoluere posse.*
- 4 *Infamia afficit hæreticum, sed debet eius notorium esse delictum, notoriatae fandi, vel iniurie.*

Non est dubium hæreticum, ut post excommunicationem, priuatum esse omni officio, & munere, quo excommunicatus priuatus est. Quapropter neque potest sacramenta recipere, neque ministrare, neque actum ordinis exercere, neque alia munia obire; que interdicuntur excommunicato. Quod si moriatur, caret Ecclesiastica sepultura, cap. sicut, de hæret. in fin. & excommunicatus, et credentes, de hæret. Extenditur ad hæretorum fautores, & defensores; debet autem hæreticus ita notorius decedere, vt nulla tergiversatio eius malitia celari possit, alias priuati non debet sepultura. Quod si non obstante hac notorietae sepellire illum præsumpti, excommunicatione innodari, ex cap. quicunque, de hæretico, in 6. & ibi gloss. & suspeclus de hæreti redditis, vt bene omnia probar, pluribusque exomat Farinacis de hæreti, quæst. 192. toto §. 3. à num. 38. Irregularitas autem, infamia, & priuatio beneficiorum non excommunicato annectuntur, annectuntur tamen hæretico, vt videbimus: & licet de his penitus, specialiter de irregularitate, & infamia in fine tract. de irregularitate, egi, breuiter doctrinam ibi positam compilabo.

2 Afferui solum notorium hæreticum, sed etiam occultum irregularē esse, cum Sylvestr. Azot. Suarez Thoma, Sanchez, quibus addit. Farinac. de hæreti, q. 192. n. 67 & 68. Pegna 3. p. direct. commen. 16. circa finem, vers. ad primam. Dixi tamen probabile esse occultum hæreticum non esse irregularē, co quod textus, qui referuntur, in quibus haec irregularitas fundatur, videbunt cap. nos si §. item Daniel, 2. q. 7. cap. presbyter, de penitent. disp. 5. loquuntur de delicto notorio, & irregularitas non incurrit, nisi in casibus a iure expressis.

3 An vero ab hac irregularitate si contrahatur per delictum occultum possit Episcopus virtute Trident. dispensare? Probabilis defendit ibi cum Farinac. num. 79. posse, motus, quia Concilium non limitauit in irregularitatibus potestatem, sed absolute dixit in omnibus licet Episcopis dispensare, vnicam solum exceptit, quæ ex homicidio voluntario nascitur, quæ exceptio firmar confessionem aliarum. Neque exaginatione facultatis absoluendi ab hæreti arguit negata facultas dispensandi in irregularitate, quia sunt res omnino diuersae, & à separatis non sit illatio, ex I. Papian. exulff. de minorib. præcipue cum minus quid sit dispensare in irregularitate, quæ non est certa omnino, sed dubia, quam absoluere ab hæreti certa, & indubitate.

4 Poena infamiae hæretico ipso iure comittatur ex text. in authent. Gazaros, in princ. C. de hæretico, & ex I. cunctis populis, C. de summa Trinitate, & ex cap. excommunicatus, I. §. credentes, de hæretico, & cap. statutum, 2. de hæretico, in 6. &

ex c. infames, 6. quæst. 1. & aliis pluribus, que congerit Farinacius de hæreti, quæst. 189. num. 40. Pegna direct. i. part. comment. 4. in verbo reliquos, ver. his ita positis. Petrus Gregor. Syntagma iuris, lib. 33. cap. 8. num. 3. in fine, & alij.

Credo tamen hanc infamiam perfectè non contrahere hæticum, quoquaque eius delictum notorium sit, vel notorieta te facti, si factum sit publicum, vel notorietae iuriis, si per sententiam omnibus innotescit, sic Burfat. consl. 14. num. 18. & seqq. & n. 23. lib. 1. Ioan. Azot. tom. I. institutionum moralium, lib. 8. cap. 13. q. 7. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 26. m. 1. Farinacius de hæreti, quæst. 189. n. 56. Et ratio est, quia infamia est prælia aliquis opinio circa plures, quæ est non potest abs. quæ delicti cognitione. Neque obstat hanc infamiam à iure contrahi ob delictum hæticum, contrahitur enim à iure, sed indiget sententia declaratoria criminis, sicut ipso iure sunt bona hæretici confitata: exequio confitacionis requiri sententiam latem declaratoria criminis. Quod vero aliqui dicunt ex hæreti occidere contrahi infamiam, quod effectus scilicet quod inhabilitatem ad officia publica, & beneficia: credo hunc effectum non tam ex infamia, quæ ex irregularitate, & excommunicatione tali criminis annexa ori. Vide que in tract. de irregular. punct. vlt. de hac poena dicam.

P V N C T V M V.

De poena priuationis beneficiorum, & officiorum.

- 1 *Hæreticus inhabilis est ad beneficia, & officia publica durante hæreti.*
- 2 *Ab illa absoluens, & Ecclesia reconciliatus, si publicum fuit delictum, nequit beneficium Ecclesiasticum obtinere, nisi in irregularitate diffenserit. Si occultum fuit delictum, probabile non esse impedimentum.*
- 3 *Beneficiis rite obtentis, plures Doctores affirmant non esse priuatum ipso iure, sed venire priuandum.*
- 4 *Probabilis est oppositum.*
- 5 *Requiratur tamen sententia declaratoria criminis.*
- 6 *Huius priuationis expeditus multiplex effectus.*
- 7 *Sed quid si ex toto corde hæreticus converteratur? Proportionum varia sententia non esse beneficii priuandum.*
- 8 *Quid sententiam sit.*
- 9 *Priuatum hæreticus aliis officiis, & publicis munib. est.*

Alia pena præcipua hæretorum est priuatio beneficiorum, & officiorum rite acquisitorum, & inhabilitas ad futura. Constat haec pena ex cap. ut commiss. priuandi, de hæret. in 6. cap. statutum, et. 1. eod. tit. & lib. & tradunt omnes.

Et in primis hæreticum inhabilit est ad beneficia, & officia publica durante hæreti nemini est dubium, cum sit excommunicatus, & irregularis: & est expresa dictio textus in cap. statutum, et 1. de hæret. in 6. ibi pro hæretico ad aliquod beneficium Ecclesiasticum admittantur. Quare collatio beneficii sic facta nulla est, & fructus inde percepti debent restituiri ante omnem sententiam, sic Lamberton. de iure paronatus, part. art. 6. & 9. Pegna direct. 3. part. quæst. 113. comment. 162. in medio. Azot. tom. 1. lib. 9. cap. 13. quæst. 8. Sanchez lib. 2. cap. 26. num. 4. Suarez de fide, disp. 2. in fine. Garcia 11. part. de benef. cap. 10. num. 72. & 80. Farinacius de hæreti, quæst. 189. num. 7. & alij.

2 Si autem hæretum reliquerit, & ab illa fuit absoluens, & Ecclesia reconciliatus, gravis est inter Doctores controvencia an tum maneat inhabilis ad beneficia, & officia, ita ut nulla reddatur eorum collatio, si illi contrahantur ab aliis, quam ab eo, qui dispensante potest in contraria inhabilitate? Diversi sunt Doctores alij. Affirmant, alij negant, vt videri potest in Farinac. de hæreti, q. 189. num. 82. & seqq. quæst. 193. à num. 66. Distinguendum censio de hæreti occulta, vel publica: si hæretus publica fuit, certum est hæreticum irregularē esse, ac proinde incapacem beneficiorum Ecclesiasticorum, si dispensatus non sit: si autem hæretus occulta fuit, cum probabile sit ex illa non oriri irregularitate, etiam censio probable, neque inhabilitatem ad beneficia obtinenda oritur: & nullibi cauerit hanc inhabilitatem ex occulta hæreti iam exclusa manere, ex text. in cap. statutum vbi imponitur, de hæretico, & de hæretico debet intelligi; non de hæretico paenitentia.

3 Difficultas autem est de beneficiis rite possibilis, an illis hæreticus priuatus ipso iure, an veniat priuandum per sententiam?

Non esse priuatum ipso iure, sed venire priuandum, affirmat Alphonfus de Castro 1.2. de iusta hæretorum punitione, c. 4. Si mancas de cathol. infinit. tit. 46. n. 72. Lud. Gomez reg. de annali possessore, q. 52. Hæretique lib. 13. de excommunicatis, c. 56. n. 2. Aragon. 2. 2. quæst. 11. art. 3. Valquez 1.2. disp. 17. 2. cap. 2. n. 11. Salzedo in tract. crim. cap. 114. in princ. restatutus est hanc sententiam benigniore, & forte veriore, eto ipse contrarium sequatur. August. Barbosa loco statutum allegando reputat in